



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Sebastiani Henrici Penzingeri, Consistorialis
Passaviensis, Decani, & Parochi in Trauttmanstorff ad
Laitam Bonus Ordo Triplicis Formatae Concionis Moralis In
Omnia Festa Sanctorum In Amplissima ...**

Penzinger, Sebastian Heinrich

Solisbaci, 1698

Disc. X. Parem dotibus naturæ non habuit. Amabilitas, & innata suavitas,
ac gratas Mariæ demonstratur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51763](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51763)

DISCURSUS X.

*Amabilior cunctis creaturis, & speciosior fuit
Virgo Maria.*

EXimia ac singularis humani corporis pulchritudo, à Exordium
divinâ sapientiâ, miro ac peculiari modo, & artificio
in homine posita magnum illum Philosophum ac
Medicum excellentissimum Galenum, lib. 13. de Ufu
Part. cap. 11. in tantam rapuit admirationem, ut ex confide-
rato ejus intuitu, in cognitionem Dei devenerit, & raptus sit
in amorem. Hinc S. Augustinus, lib. 2. de Civit. Dei cap. 9.
Pulchritudinem, *Dei donum* appellare non dubitavit. Do-
num hoc pulchritudinis Mariæ Virgini præ reliquis creaturis
excellentiore modo concessisse Deum omnipotentem, credi
fas est, quin imò omnis speciei ac decoris florem in eâ collo-
casse Deum, quò speciosa super omnes, & amabilissima red-
deretur, autoritate SS. Patrum firmare libuit, ut & nos de- SS. Patrum
coris ejus excellentiâ capti, dilectam Deo, & hominibus, Ma-
trem pulcherrimam diligamus, quæ Unigenitum Dei Filium
sui in amorem rapuit, speciosissima Virgo. *Tu tota pulchra,
tota formosa, tota delectabilis, & tota gloriosa; tu maculâ nullâ
fuscâ, tu omni decore vestiris, tu omni sanctitate ditaris, tu
super omnes virtutes sancta in carne, tu cunctas feminas vincis
pulchritudine carnis, & omnes angelicos Spiritus excellentiâ san-
ctitatis.* fermocinatur S. Augustinus, ferm. de Incarnatione. S. Augustinus
*Maria speciosior, & dignior facta est, quàm totus mundus, nam
quem totus mundus capere non poterat, nec merchatur, quasi in
angustum cubiculum uteri sui sola suscepit.* loquitur aureum Ec-
clesiæ os, S. Joannes Chryostomus, in cap. 1. Matth. oper. im- S. Joannes
perf. *Quidquid post Deum pulchrius, quidquid dulcius, quid- Chryosto-
quid jucundius in gloria est, hoc Maria, hoc in Maria, hoc per mus.
Ma-*

Mariam: gloriosum omnino glorie Mariae privilegium est, quod post Deum major gloria nostra, majus gaudium de Maria est. Raphicè intuetur in speculo B. V. lect. 6. S. Bonaventura. Haec est eximia pulchritudo, à Deo sculpta statua, rectè descripta à vini archetypi imago. perorat S. Andreas Cretensis. orat. de dormit. B. V. Pulchra est Maria ad intueudum, amabile ad conregnandum, delectabilis ad videndum; summa enim laetitia post Deum est, eam intueri, & in ejus laudibus delectari, respondit S. Anselmus. in suis meditationibus. O divinum, ac vivum simulacrum, ad quod opifex Deus, inventus est. exclamant præ admiratione S. Joannes Damascenus. orat. 1. de Nat. B. V. Inenarrabilem hujus simulacri pulchritudinem, gratiâ Dei aspirante, speciosis Conceptibus ponderemus.

CONCEPTUS I.

Confirmatio, seu Deductio,

Quidquid dulce, suave est, ac amabile, ipsam nimirum dulcedinem, suavitatem, ac formalem amabilitatem, Christum Jesum, benedictum fructum ventris virginalis, in Maria, velut thesauro liberalissimus Deus reposuit. *Ipsa est locus thesaurorum Dei.* scribit B. Albertus Magnus, in Bibliot. Mariae, Epist. Matth. n. 22. An fortè thesaurus hic est absconditus? In terra coeliq; Domino reservatus? nequaquam, summum enim bonum, Dei Filium, Jesum amabilem preciosissimum hic Domini thesaurus Maria Virgo reclusum continet; bonum, ut ait Philosophus, sui est communicativum; summum ergo bonum, Unigenitum Dei Filium Jesum, obumbrante Spiritûs S. gratiâ, Pater cœlestis in utero Virginis novem quidem mensibus reclusit, sed ut eum nobis partu virginis Mater amabilissima in exilio lachrymantibus ostenderet, & communicaret; seseque una cum filio, reciproco amor nostro offerret, dicens: *Ego Mater pulchra dilectionis.* Eccl. 24. cap. *Beata Virgo Filio suo per omnia equalis fuit.* juxta mentem S. Cajetani. in Pf. de Virgine. Filius Virginis est Jesus amabilis; quidni, & Virginem Matrem amabilem dixeris? O

is, delectabilis! ô amana, ô redolentissima præamabilisq; Maria! correspondet amori Mariano devotissimus cliens Dionysius Carthusianus, de laud. B. V. lib. 3. art. 31. merito dulcis vocaris, qua in te ipsa tam suavis, & gaudiosa consistis, omniq; menti bene disposita tam dulciter ac consolatorie sapis, qua desolatos latificas, miseros fovas, animas ungis, imò universam triumphantem ac militantem Ecclesiam, dulcedine tuâ mirâ, ac magnâ, magnificè ac clementer reficis, exhilaras, & perfundis.

CONCEPTUS II.

Primum, & principale in uno genere, omnibus ejusdem generis individuis præferri debet, secundum regulas, & principia principis Philosophorum Aristotelis. Sic inter flores prima, & principalis rosa, quia flores reliquos pulchritudine superat, & odore, Regina florum appellatur, & colitur. Mundi Domina, Regina cœli est Virgo Maria, hominum, & Angelorum imperatrix, regis stirpis ac dignitatis, prima ac præcipua, ac omnium creaturarum nobilissima, huic itaque pulcherrimæ etiam totius mundi mulieres, quamvis vel ab ipsis sacris litteris decore eximio recommendatæ, quin & angelica puritas, decor ac species cedat, necesse est, utpote quam Deus ipse summus opifex cunctis creaturis suis reddidit amabiliorem, dum eam ad tantæ speciositatis altitudinem euexit, ut dignum filii sui habitaculum effici mereretur. Quam igitur floribus Regnam præficus rosam, hanc præ omnibus creaturis Dominam ac Matrem venerare Mariam, cujus decore ac odore re-creata refert S. Brigitta in serm. Angeli cap. 16. *Florenti ergo rosa dignissimè comparatur, nam sicut rosa, pulchritudine suâ ceteris floribus legitur præpollere; ita Maria universos in hoc mundo viventes, solo excepto benedicto suo Filio, honestatis, & morum pulchritudinis excellabat.*

CONCEPTUS III.

Sponsam Spiritus S. Mariam Virginem, quam ipse Sponsus cœlestis pulcherrimam mulierem decanta verat, Cant. 5. cap.

in veteri adhuc Testamento expressissimè figurabat Regem
 Esther, cujus decorem ac speciem sacræ litteræ commentari
 Esth. 2. cap. *Erat pulchra valde, & incredibili pulchritudine,
 omnium oculis gratiosa, & amabilis videbatur.* Quomodo his
 stantibus Mariam pulcherrimam mulierum salvabimus? In
 enim nulli Esther displicuit, sed omnium oculis gratiosa, &
 amabilis videbatur, pulcherrima mulierum deprædicari Esthæ
 censebitur? negativè respondet S. Antoninus. part. 4. tit. 1.
 cap. 10. §. 2. Et assignat pro ratione, quia Esther, quamvis
 pulchra, Mariam tamen multò pulchriorem figurabat, &
 consequenter ad altitudinem pulchritudinis Mariæ percinge-
 re non potuit, quæ Deo, Angelis, & hominibus præ omnibus
 mulieribus benedicta complacuit, quam solam pulcherrimam
 mulierum, Pater cælestis, ut Filiam, ut Matrem Filium, Spi-
 ritus S. adamavit ut sponsam. *Potior est veritas quam figura*
 (verba sunt S.) *ex quo sequitur, quòd Beata Maria figuratur
 Esther tam pulchram, multò pulchrior fuerit.* Ad amplexum
 Albertus Magnus. serm. 2. de Annunt. B. V. *Esther interpretatur
 preparata in tempore, & signat Beatam Virginem, quæ
 Deus Pater ad hoc preparavit, ut Filius suus Unigenitus ex
 cipere, & nasceretur, quando venit tempus miserendi
 Esther itaq;, id est, Beata Virgo formosa erat per immaculatam
 virginitatem, erat etiam incredibilis pulchritudinis per
 omnium venustatem, omnium quoq;, & Angelorum
 gratiosa, & amabilis videbatur per viscerosam charitatem.*
 iterum. in Bibl. Maria. lib. Esth. num. 1. *Omnibus enim placuit
 Deo, Angelis, justis, & peccatoribus.* En! quàm benè pulcherrima
 mulierum Virgo Maria præ millibus electa,

CONCEPTUS IV.

Ad cæli tabernacula gloriose in assumptione Virginitatis
 viantes Angeli, quasi nunquam visum contemplantes spectaculum,
 admirabundi exclamant, seseque invicem interrogantes mutuò colloquuntur. *Qua est ista, qua progreditur
 aurora consurgens, pulchra ut luna?* Cant. 6, cap. *Miraculum*
 Asp

Angelos Mariæ obvios, non miror, nam, ut scribit seraphicus Bonaventura, in opusc. Virg. cap. 17. *Antonomastice opus Domini mirabile est Maria, vas admirabile, opus excelsum, verè opus mirabile, quia nunquam invenitur simile, nec est factum tale opus in universis regnis.* Sed quæri tamen potest, quid adeò in hoc ipso opere mirentur? respondet S. Gregorius Thaumaturgus. orat. de Annunt. *Pulchritudinem sanctæ Virginis admirantur.* Verum quidem est, ajunt Angeli, pulchritudinem atque formam naturæ nostræ admirabilem esse, sed cum formosissimâ specie, ac decore Dei Matris, quæ vehementissimè ad contemplationem ejus mentes nostras rapit, non est comparanda; verum est itidem, increatam illam pulchritudinem, in quam desideramus prospicere, beatos nos intueri, ad hanc tamen creatam Mariæ novam pulchritudinem contemplandam trahimur, per quam novum beatificum objectum mentibus nostris representatur. *O pulcherrima pulchritudo omnium pulchritudinum! ô Dei Genitrix! pulchrorum omnium summum ornamentum!* exclamat idem Sanctus. orat. de oblat. B. V.

CONCEPTUS V.

Evæ, quam Deus creaturarum Dominam fecerat, formam pulchritudinis excellentissimam fuisse asserit S. Thomas. Nam gratiâ, & justitiâ originali dotata erat, quæ summam in eâ pulchritudinem causabat, cui proinde ex bonâ convenientiâ pro statu Innocentiæ, corporis quoque respondere debebat, atque conveniebat speciositas. *Gratia, nam hoc sonat Anna vocabulum, Dominam parit, id enim Maria nomine significatur, verè etenim rerum omnium conditarum Domina facta est, cum Creatoris Mater extitit.* scribit S. Joannes Damascenus, lib. 4. de Fide Orthodox. cap. 15. Si jam prima illa fœmina, quæ creaturarum Domina futura erat, omni pulchritudine à Deo dotata fuit; quantò magis in Beatissimâ Virgine Mariâ, Creatoris Matre, Dominâ ac Reginâ, non tantùm sublunarium creaturarum, verùm etiam cœlestium spirituum, pulchritudinem omnium creaturarum congregâsse Creatorem, credendum.

dum est. Doctissime Guilielmus Parisiensis in Cant. dicit
*chritudo qualibet reperta in creaturis omnibus sparsim, tanquam
 ligatur in beatam, & pulcherrimam mulierem. Quod pulchrum
 est, delectabile est, & amabile.* definit Plato. in Lyfide. Ergo
 quæ creaturarum omnium continet pulcherrima pulchritudi-
 nem, earundem amabilitate polleat amabilissima, necesse est.

CONCEPTUS VI.

Quidquid oculis placet, animus laudat, hinc bonum
 & pulchrum sunt æquivoca: sic Deus ipse opera sua bona ap-
 pellavit, quæ oculis ejus placuere. Vidit Deus cuncta, quæ
 fecerat, & erant valde bona. Quod in Hebræicâ Phrasi advenit
 ac valde pulchra, formosa, atq; decorata. Mariam nominavit Be-
 naventura. in Spec. Virg. cap. 3. *Vas admirabile, opus excellens.*
 Albertus Magnus. in Bibl. Maria. Evang. Joan. num. 11. *de
 admirationis, tam Angelorum, quam hominum.* S. Andreas Co-
 rentis. orat. de Annunt. B. V. *Magnificum divina gloria templum.*
 S. Thomas. opusc. 8. *Totius Trinitatis nobile trichinum.* S. Ber-
 nardus. in Initium Ave. *Sacro sanctæ Trinitatis ultimum com-
 mentum, artificium Dei, in quo Deus Pater suam omnipotentiam
 Deus Filius suam Sapientiam, Deus Spiritus S. omnia dona pro-
 phetarum suarum accumulavit.* Ergone Deus ille, qui tantum
 opera sua bona dixit, singulare hoc Dei opus, artificium hoc
 ultimum omnipotentia suæ complementum, bonum non
 appellaverit? absit. Tunc enim bonitatem contulit, cui
 filii sui, qui est summum bonum, Matrem elegit, cujus ante
 humilitatem respexerat. Concludit mecum seraphicus Be-
 naventura. 1. sent. dist. 44. in exposit. textus. *Maria Virgo
 fuit Mater Dei, quo nihil melius cogitari potest, sic tantum
 habuit bonitatis dignitatem, quod nulla mulier amplius capere
 potuit.* Doctoraliter Idiota. in prologo de contemplat. Virg. *de
 ventâ Mariâ, invenitur omne bonum.* Illud nimirum, quod
 Archangelus ait. Luca. 1. cap. *Dominus tecum.* Quidquid
 bonum est, sive in celo. sive in terrâ, voluit Deus in Mariâ. *pro-
 rat lacteis verbis S. Bernardus, serm. de aqua ductu de divinis*

nominiibus. cap. 4. pag. 1. Coronidem imponit Dionysius Carthufianus. *Omne bonum amabile, Maria bona, imò omnis boni est compendium, ergo amabilis.*

Virginem Dei Matrem, humanæ naturæ pulchritudinem atque decorem appellat S. Joannes Damascenus. orat. 1. de Nat. Virg. *Deo digna filia, humane naturæ venustas! certabant inter se sæcula, quodnam ortu tuo gloriaretur.* Quasi diceret: Verè digna es, ô Maria! esse Dei Matrem, & Patris cœlestis increatæ pulchritudinis filiam, nam sicut Deus æternus, & immortalis, increata pulchritudo est, in quam desiderant Angeli prospicere; sic tu, ô Virgo pulcherrima! humanæ naturæ decor existis: hinc omnium sæculorum piæ resultabant æmulationes, hinc pia desideria, ut tuâ gloriosâ natiuitate felicitari, & tuo gratiosissimo aspectu, quo dæmones fugantur, in ultimâ saltem mortis horâ frui mereantur, quibus, & nos vota nostra reciproco plena amore jungamus, & ad amabilissimam Matrem pulchræ dilectionis cum addictissimo cliente S. Bernardo. ferm. 2. de Adu. devotissimè transmittamus. *Gratiosus tuus vultus, Beata Virgo, nobis appareat in extremis, formositas faciei tuæ latificet spiritum nostrum egredientem, ut per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis, ut eodem alveo ad Largitorem gratiæ, gratiæ redeat, quò influxit.* Amen.

*En, quàm formosa est, super omnes quàm speciosa,
Cujus forma rapit, quem nihil ultra capit.
O mulier fortis! nos horâ respice mortis,
Hostem, sancte decor! longè repelle, precor.*



k

DI.